




Me 2  
Dear Yd 920-<sup>a</sup> 4°  
9  
2

G. q. 106. a.





+ + +

VLTIMVM PIETATIS MONIMENTVM,  
CINERIBVS BEATIS  
VIKORVM MVLTVM REVERENDORVM,  
~~AREADAM VOBIS~~  
**DOMINI**  
**IOANNIS WILHELMI**  
**GEBHARDI,**  
**ET**  
**DOMINI**  
**IOANNIS HEINRICI**  
**Breifhaupt,**  
LIB. CAES. MONASTERII,  
QVOD PROPE MAGDEB. EST, BERGENSIS  
MEMBRORVM QVONDAM DIGNISSIMORVM,  
IPSO EXSLQV'LARVM DIE,  
NEMPE XVI. MARTII MDCCXXI.

A  
QVIBVS DAM,  
QVI PAEDAGOGII MAGD. MARIANI MEMBRA SVNT,  
NON SINE IVSTO DOLORE  
POSITVM ATQVE CONSECRATVM.

---

MAGDEBURGI, LITTERIS SALFELDIANIS.

† † †



Eu! quantus horror, si sine gratia  
CHRISTI salubri funera palleant!  
Quam tristibus mors illa spiculis,  
Quis furii furor ille faecuit!  
Testantur istud *nomina taetrica*  
Gentis vetustae: TARTARA, MORPHEVS,  
NOX, VMBRA, VVLTVR & BVBONES,  
STYX, ACHERON, PHLEGETON, MEGAERA.  
Quam laetus autem nuntius hinc venit,  
Si morte CHRISTI quis bene nouerit  
Ridere mortis omne acumen,  
Telaque fracta manu IEHOVÆ!  
Testantur istud *nomina Suavia*:  
Mors christianis IANVA CAELI adest,  
SOPOR benignus, VITAE origo,  
INTROITVSque perennis aevi.  
VOS, o GEBHARDI, TV quoque Ionathan  
BREITHAVPTE; mortis Vos mala nomina  
Vicifis, ac nefanda fati  
Guttura praeteriit ambo!  
Mors ista Vobis, quae duo funera  
Fecit, quid ergo est? Non sopor & quies?  
Est. *Suave nomen ac amoenum!*  
Cunctaque *Suavia* vtrique grator,

Daniel Christophorus Müller/  
Rector.

**C**Wncta bonis prosum, etiam quae dura videntur,  
Id quod amicorum funera bina docent,  
Ipso si spectes, quid durius esse videtur,  
Quam præmaturae fata subire necis?  
Quid, lacrimis, quæsio, multis qui funera lugent,  
Tristitiam potuit conciliare magis?  
Attamen & moestis ea, defunctisque beate,  
Si recte reputes, commoda multa ferunt.  
Hi superi visunt conuentus limina laeti,  
Ac fugiunt talem, quem mala saepe premunt.  
Quos præmaturae percellunt vulnera mortis,  
Tempus ut exspectent omne, monentur, eam.

Heinricus Philippus Steinrudi/  
Praec. Ord.

**P**roh dolor! num non facie serena  
Porro BREITHAVTI fruar & GEBHARDI,  
Qui mihi dulces merito locantur

Inter amicos?

Fama fert, illos subiisse mortem.  
Quin satis certum hoc: Vtriusque corpus  
Iam tenet tellus, redditque ad alta  
Spiritus astra.

Lugeo sane mea priua damna:  
Lugeo tristem, pia Berga! sortem,  
Qua polit numen, tamen ad salutem,  
Teque Tuosque.

Atque sic mecum cuperem videre,  
Quis tamen semper scio me carere,  
Donec in terris fvero superstes  
Cuius & hospes.

Si rogas causam, pietas amorque  
Numinis summi decorabat ambos.  
Hinc amor constans hominum scatebat

Fluminis instar.

Asperi nullis, potius modesti,  
Si quod vrgendum fuit aut loquendum,  
Omnibus visi: nec ab ore blando  
Diffusa corda.

Pectus imbutum solida gerebat  
Paginarum cognitione vterque,  
Quas viri sancti retulere duici  
Flamine Summo.

Caeteras laudes memorare possem  
Haud timens falsi, reticere cordis  
Has tamen mceror iubet, atque tempus  
Non ita longum.

Vnicum tantum celebrare par est.  
Signa candoris fideique verae  
Grex amicorum poterat probata  
Semper habere.

Ergo si cuncta haec animo reuoluio,  
Lucius adflictos penetrat per artus,  
Quod cito nostras nimis hi videntur  
Linquere terras.

Attamen spes est reliquis amicis  
Et mihi rursus socios videndi,  
Quando supremi dabitur videre  
Lumina Patris.

Hic eis suauem tribuit quietem,  
Hic eos nunquam sinec huc reuerti,  
Sorte sed cunctos parili beandos  
Ducet eodem.

Christoph. Wilh. Kretschmann,  
Coll. Ord.

**S**ann sich ein Sturm erhöhen/  
Das Wind und Wellen roben/  
Könnt uns das Fürchten nah/  
Und wenn mit hartem Knallen.  
Die höchsten Bäume fallen/  
Ist volles Schrecken da.

Noch dieses kan das Schrecken  
Bey uns vielmehr erwecken/  
Wenn wir gar müssen sehn/  
Das frisch- und junge Eichen  
Aus ihrem Raume wichen/  
Und nicht zu feste stehn.

Wenn Todes Wind und Wellen  
Dergleichen Männer fällen/  
Die schon der Silber-Schnee  
Mit grossem Ruhm geziert/  
Wird öfters Furcht verspühret/  
Oft Schmerz und banges Weh.

Jedoch muß man erfahren/  
Dass in den besten Jahren  
Sein Pfeil auf sie gezielt;  
So wird sein Grimm und Wutten/  
Und strenges Anbieten  
Mit großem Schmerz gefühlt.

Dergleichen Schmerz und Wunden  
Hat man auch ißt empfunden/  
Da man zwey solcher zehlt;  
So in den besten Tagen  
Von seiner Hand geschlagen/  
Und in den Sarg gefällt.

Jedoch man muß sich fassen/  
Und GOTT es überlassen/  
Der dieses so gefügt:  
Der wird auch an den Früchten/  
So Er scheint zu vernichten/  
In seinem Reich vergnügt.

Diss merkt/ die ihr im Herzen  
Hierüber bittern Schmerzen/  
Und harten Kummer fühlt.  
Sie sind in Salems Freuden/  
Da werden Angst noch Leiden/  
Noch Kummer auf sie zielt.

Du aber / GOTT / behüte  
Uns in der Jugend Blüthe/  
Das wir zu iederzeit/  
An jedem Tag und Stunde/  
Auf diesem Unglücks-Runde/  
Zum Abdruck seyn bereit.

*Hac in acerbissimi doloris significationem adiuvare  
Paed. Alumni.*

78 M 350

ULB Halle  
001 592 122

3



56.

Retro V





VLTIMVM PIETATIS MONIMENTVM,  
 CINERIBVS BEATIS  
 VIRORVM MVLTVM REVERENDORVM,  
**DOMINI**  
**IOANNIS WILHELMI**  
**GEBHARDI,**  
ET  
**DOMINI**  
**IOANNIS HEINRICI**  
*Breithaupt*,  
 LIB. CAES. MONASTERII,  
 QVOD PROPE MAGDEB. EST, BERGENSIS  
 MEMBRORVM QVONDAM DIGNISSIMORVM,  
IPSO EXSECVRARVM DIE,  
NEMPE XVI. MARTII MDCCXXI.  
 A  
 QVIBVS DAM,  
 QUI PAEDAGOGII MAGD. MARIANI MEMBRA SVNT,  
 NON SINE IVSTO DOLORE  
 POSITVM ATQVE CONSECRATVM.  
 MAGDEBURGI, LITTERIS SALFELDIANIS.